



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

De Lege Morali.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

rebet Euangelium ex sinu æterni patris, & ostendit voluntatem  
æterni Patris, & sanctificatur Ecclesia dato per eum Spiritu sancto.  
Ic dicitur Ioan. i. Omnia per ipsum facta sunt. Et i Cor. 15 Deo gra-  
tia, danti nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.  
Et sic dictum est: Filius ait per se, sed non à se.

Q UOD EST DIS CRIMEN VERA E INVOCATIONIS  
in Ecclesia, & aliarum impiatum invocationum?

R E S P O N D E O. Duæ sunt præcipuæ differentiæ, Altera de  
finitis Dei, altera de voluntate Ethnici & alij impij negant hunc  
est Deum, qui se patefecit missis filio, æternum Patrem, filium & Spi-  
ritum sanctum. Aberrant igitur Ethnici à vero Deo, & alloquuntur  
sibi quiddam commenticium, quod non est verus & patefactus De-  
us. Ideo scriptum est: Vos nescitis quid invocaretis. Deinde ignorant  
promissiones & mediatorem. Ideo manent in perpetua dubitatione,  
& ignorant, an & quare exaudiantur. Invocatio vero sine fide, & op-  
posita dubitatione, inanis est, iuxta dictum: Quomodo invocabunt,  
non credunt? Roman. 10. E C C L E S I A vero alloquitur ve-  
rum Deum, patefactum illustribus testimonij, & agnoscit eum sicut  
se patefecit. Scit etiam promissiones, & agnoscit mediatorem, &  
est Deum velle invocari, & exaudiri fiducia mediatoris, sicut ipse  
Dominus inquit: Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit  
vobis. At siue faciamus igitur nos, ut in invocatione mens cogite pa-  
tientias Dei, & alloquatur hunc verum Deum, qui se patefecit  
missis filio. Et simul tres personas intueatur, & fiducia mediatoris pe-  
nitentiam & alia beneficia.

D E L E G E M O R A L I.

Q UID EST LEX MORALIS?

L ex Moralis est æterna & immota sapientia, & regula iusticie in  
Deo, discernens recta & non recta, & horribilitatem irascens contu-  
macibus, seu denuntians horrendam iram aduersus contumaciam, re-  
pugnanciam huic ordini in Deo, & patefacta est hominibus in cre-  
atione, & postea sæpe repetita, & declarata voce diuina, ut sciamus quod  
est Deus, & qualis sit, obligans omnes creaturas rationales, & pos-  
tulans, ut omnes sint conformes Deo, & damnans ac destruens omnes,  
non conformes Deo, nisi fiat remissio & reconciliatio propter filii  
unum mediatorem. Huius legis summa comprehensa est in Decalogo,  
quare nomine Decalogi sæpe utimur pro lege Morali, ut quasi mon-  
stramus præcipua capita. Et si autem nullius creatura sapientia peni-  
tens intelligere Decalogum potest, tamen immutabile mandatum Dei  
est,

est, ut eum discamus & consideremus & intelligamus iuxta enarrationes Christi, Prophetarum & Apostolorum. Ac inde usque ad Adam repetiuit Deus & conseruauit in Ecclesia vocem huius legi, & vult eam semper doceri, & illustribus exemplis poenarum in modis delictis per omnia tempora ostendit, hanc legem esse ordinem diuinæ sapientiæ & iusticiæ.

**L E G E S** Mosaicæ Forenses & ceremoniales, quæ fuerunt traditæ tantum ad illius politia Mosis constitutionem, & tandem delecta politia Mosaicæ extinctæ sunt, & cernantur ab æterna lege, quæ moralis nominatur. Sunt autem ceremoniales leges, quæ externos gestus ordinant in sacrificijs, & locis, tempora & personas distinguunt, & alia quædam exercitia estra describunt, ut sine signa & distinctiones politiae Mosaicæ in gentibus.

**L E G E S** Forenses sunt leges de externa defensione disciplinæ, iuxta totum Decalogum, de Magistratis, de poenitentiis, blasphemis & periurij, seditionis, homicidij, adulterij, de diffinitione facultatum vel dominiorum, de hereditatum distributione, de penitentia furtorum, de ordine iudiciorum. Qui etiam si Deus ipse est suus & custos ordinis politici, tamen homines vult esse organa generationis, & vult conspicere in peccatis discrimen recte & non recte factorum, & vult agnoscere, Deum esse sapientem, iustum, castum, & iudicem seculorum, & vult conseruari humanam societatem, & populus cauissas deleti contumaces contra suam legem.

**Q U O M O D O I N T E L L I G E N D A**  
est abrogatio legis Mosaicæ?

**R E S P O N D E O.** Quod ad iustificationem attinet, edemmodo de omnibus partibus legis Moysi sentiendum est, videlicet quod non mereantur remissionem peccatorum, & quod persona non finita, id est, accepta Deo ad vitam æternam, propter opera legis Mosis, & alia. Item quod haec nostra obedientia, quam exinde proficit homo in hac vita, non sit iustitia æterna, seu integra legis imago. Ideo Paulus inquit de omnibus partibus legis Moysi, Rom. Ex operibus legis non iustificabitur omnis homo.

**I I . R E S P O N S I O.**

Sed quod ad obedientiam attinet, differentia est, quia leges Forenses & ceremoniales sic sunt abolitæ, ut prorsus omitti possemus & sint extinctæ. Verum lex Moralis cum sit in Deo sapientia, & nostra iustitia æterna, & patefacta sit hominibus, ut homo sit conformis Deo, non potest extinguiri, sed manet ordo diuinus, ut homo permaneat conformis Deo, sicut Rom. 3. dicitur: Per adem habilius legem Roma. 8. Ut ius legis in nobis impleatur.

QV

QVARE LEGES CEREMONIALES  
ad Eusebium presul omitti possunt?

8. Forenses pro sus omitti possunt?

**R E S P O N D E O.** Quia tantum promulgatae sunt, ut durarent ad  
etum tempus, donec mensura erat politia Mosaica, qua constituta  
in hoc consilio, ut esset certus locus & certa stirps, in qua nasceretur,  
meret, ederet testimonia, offerret sacrificium, & resuscitaretur Mel-  
chis. Et hanc gentem voluit Deus conspicere, & segregari ab alijs genti-  
bus, ideo attribuit ei certos ritus. Prædixit autem Deus postea eam  
politiam interitaram esse. Ac anni sunt ab exitu Israëlitarum ex Ae-  
gypto, usque ad destructionem postremam Ierosolymæ 1582. Ac simul  
tum politia Mosaica extintæ sunt leges ceremoniales & iudiciales,  
qua ha re ipsa fuerunt nerui huius politiæ, seu potius ipsa politia,  
incognitum obligant alias gentes, ut ex actis Apostolorum Capite  
15. & Epistola ad Galatos manifestum est.

CVM Igitur lex moralis non posset deleri, quis est eius usus?

Tres sunt vsus. Primus est pädagogicus seu politicus, ad omnibus pertinens, etiam non renatos & Ethnicos, quod videlicet obligat omnes, ut regant externa membra seu Locomotioiam, ut in facta congruant cum lege Morali, & sancte pœnas etiam coram vel magistratus, vel alijs modis sumit de sentibus. De hoc licet: Lex est postea iniustis, id est, premens eos, coercens vel puniens delitantes contumaces. Huc pertinent haec regulæ: Qui gladi acceperit, gladio peribit. Scortatores & adulteros indicabit Deus, qui spoliias, quia spoliaberis. Quibus dictis confirmatur regularia delicta puniuntur atrocibus pœnis in hac vita, quia Deus est omnes suæ iusticia seu legis. Etiam in vita politica vult seruari non in iuxta iusticie, & non seruantes horribiliter destruit. Id exempla tadiana ostendunt. Sunt igitur & ex doctrina primorum patrum, & experientia traditæ sententiae legales, etiam apud Ethnicos.

Cernit Deus omnia vindex.

Οἰα τὸν ἔχειν, τοῖον τέλος δυτὸν ἱκάνη. Et similes in-  
εντὶ μὲν διστόψῳ φρένες ἀκύτερου  
κέρδει τὸν αὐτόν τοι πρὸ δίκιης δέλιον,  
τεραχθεῖ πεπόγυτων πρὸς ἐπίειδαρ δέ οὐκε.

J T E N

**E**t quia talis est praesentia Dei in toto genere humano scelerum  
punit.

puniens, ideo Aristoteles inquit, in his versibus Empedoclis scriptum esse ius naturae, in quibus dicitur, primus ius, id est, ordinatum, seu Deum ipsum ordinantem, & vindicem adesse in terra nostra,

καὶ τὸ μὲν πρῶτον νόμον οὐδὲ τὸ εὐγενέστερόν,

τὸ δέ τρίτον τέτατον οὐδὲ πλέοντα.

SECUNDVS VSUS LEGIS EST IUDICIUM UNIVERSALE, ACCUSANS OMNIA PECCATA IN HOMINIBUS, INTERIORA, & EXTERIORA, & TOTAM DISPOSITIONEM, IUSTA DICTA: DEUS EST IGNIS CONFUMENS. Item: Vt totius mundus reus sit Deo. Item: Per legem cognitus peccati. Item: Actus mortis peccatum est, potentia peccati lex est. Huius iudicij in contemplatione aliqua initia sentiri oportet, vbi discimus, Legi non iustificari homines, sed accusari, iuxta dictum: Lex iram efficit. Tertius usus legis est in renatis, docere qui cultus placeat Deo; quia humana ratio scit aliquo modo discrimen honestorum & turpiorum, men necessis est habere testimonium Dei expressum, qua operis placeant, iuxta dictum Ezechielis 20. In preceptis meis ambolare. Item in Psal. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Nec cella in anima aeternitate hic ordo, ut creatura rationalis sit subiecta Deo clementi, & sit ei conformis. Item semper in renatis in hac vita crescentem patientiam oporteret, ideo semper arguit lex reliquias peccati. Quare semper in Ecclesia Deus conseruauit & repetivit vocem legis, simul docuit in Evangelio, quomodo placeat incoata obedientia. Et autem singulare testimonium, ostendens solius Ecclesie doctrinam veram & diuinam esse, & solam Ecclesiam esse coetum Deo placentem, quod tantum in ea semper mansit & manet incorrupta vox legis, quae vult Deus in Ecclesia restare iudicium adulteris peccata, deinceps aeternam, qua opera ei placeant: Item, ideo renovamur, ut in nostra aeternitate si in nobis conformitas cum Deo, sicut in lege moraliter scribitur, vt Roma. 8. dicitur, ut ius legis in nobis impleteatur. Ex his omnibus intelligi potest, quare dictum sit: Non veni soluere legem, sed impleere. Sicut in terra aeternitate manet eadem & immutabilis sapientia & rectitudo voluntatis in Deo, sic manet lex Moralis, quae nobis parfecta est, vt sciamus, quod sit Deus, & qualis sit. Impletus autem Christus legem quatuor modis. Primum, sua propria obedientia. Secundo, derivando in se proximam. Tertio, Restituendo in nobis iusticiam & vitam aeternam. Quarto, Sanciendo, sicut dicit: Non veni soluere legem, &c.

### DE PECCATO.

QVID EST PECCATUM?  
Definitio brevis extat in epistola Iohannis: Peccatum est quod